

legitime non impediti quotidie intersint Sacro Conventuali, prout in ordinationibus Capituli generalis statutum est.

3) Meminerint quoque Sacerdotes, ut quilibet in Hebdomada iuxta concordata erecta inter seren. Ducem Hannoveranum et P. P. ord. nri. legat unum Sacrum fdm. intentionem Altiss. Ducis alterum vero p. defunctis inferius in altari privilegiato crypto.

4) Postquam a Serenmo. Duce provisum fuerit de aliis gradibus, ostia illa duo sc. id per quod itur ad Dormitorium & alterum per quod ascenditur ad cubicula infra tectum, semper manebunt clausa, nullaeq. mulieres, cuiuscunq. sint conditionis in hospitium nostrum introducantur, idem circa hortum extra Civitatem nro. usui concessum observandum erit.

5) Nunquam admittantur Saeculares ad Culinam & raro ad refectorium, in quod illi tantum, quibus honeste denegari non potest, introducantur.

6) Prohibetur Serio cibq. frbs. ut non permittant se vehi vehela per Civitatem sub quocunque praetextu, Similiter quando vadunt aut mittantur ad loca tam intra quam extra hunc Principatum, nulla animalium vel curruum vectitione utantur, nisi in casibus, in qbus hoc regula permittit, propter causas rationabiles expedientes & necessarias, ordinationi huic con-